

DIE XIV. APRILIS.

B. PETRI GONZALEZ CONF. ORD. PRÆD.

DUPLIX.

Oratio.

DEUS, qui in maris periculis constitutis beati Petri opem singularem ostendis : ejus nobis intercessione concede ut in hujus vitæ procellis tuæ gratiæ lumen semper affulgeat ⁊ quo æternæ salutis portum invenire valeamus : Per.

DIE XV. APRILIS.

S. HERMENEGILDI MARTYRIS.

DUPLIX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Hermenegildum Martyrem tuum cælesti regno terrenum postponere docuisti : da, quæsumus, nobis ejus exemplo caduca despiciere ⁊ atque æterna sectari : Per.

DIE XVI. APRILIS.

SS. TIBURTII, VALERIANI ET MAXIMI MARTYRUM.

TRES LECTIONES.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii, Valeriani et Maximi solèmnia colimus ⁊ eorum etiam virtutes imitemur : Per.

DIE XVII. APRILIS.

B. CLARÆ GAMBACURTÆ VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLIX.

Oratio.

TRIBUE nobis misericors Deus spiritum orationis et penitentiæ : ut beatæ Claræ vestigiis inhærentes ⁊ mereamur, quam ipsa in cælis accepit, coronam obtinere : Per.

